



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joan. Baptistæ Santolii Canonici Regularis Victorini Carmina Selecta

Santeul, Jean de

[S.l.], 1679

Ad Nobilissimum Virum D. J. Cambonerium Clavi-Cymbali Modulatorem
Hujusce Aetatis Facile Principem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13401

AD NOBILISSIMUM VIRUM D.

J. CAMBONERIUM

CLAVI-CYMBALI MODULATOREM

HUJUSCE ÆTATIS FACILE PRINCIPEM.

ARTE sua major, qui Clavi-Cymbala pulsat,
Aulicus, hic Princeps modulorum, artisque
repertor.

Quos creat, expromit solus, temerarius alter
Audet qui teneros fidibus vel fingere cantus.
Hos cantus! quibus ars modulandi haud sufficit omnis;
Salve, ô CAMBONIDE, primos concedimus ultro,
Sæcla nec invidiant, meritos tibi laudis honores.
Vivere amem tecum, sed si te fata reposcant,
Ah? tecum moriar, quascumque habitaveris oras
Tecum habitem; Manes ambo penetrabimus imos;
Orpheus ipse lyrâ cadet, assurgétque canenti,
Et mecum ingentem semper comitabitur umbram.
Hic erit Elysium nobis, sedésque beatæ.